non differendo ad quietationem Præterea, Ultra proximos officii præfati Castrensis Capitaneus Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciens, ac præmissa omnia pœnis simplicibus, vel triplicatis Euasionibus, suspensionibus, fataliis Iuris, Inscriptione Terrestri, bello, conuentioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Feria Secunda post Festum Assumptionis in Cælum Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

17/VIII

H: Herczanska Chromenkiemu Vendit

805 Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensis Capitaneus Premysliensis Honesta Helena Herczanska Honesti olim Hedko Herka Filia et Successtrix legitima sana mente et corpore existens Foro suo quouis proprio omisso et Iurisdictione competenti posthabita præsente vero Castrensi Capitaneus Premysliensis Iurisdictione in se, successores ac bona sua generaliter omnia quo ad Actum hunc attinet beneuole coassumpta palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipsa cum Honesti Semenij Kobel Auunculi sui personali assistentia et Uthroneo ad infrascripta recognoscenda consensu bona sui Recognoscentis propria et hæreditaria videlicet certos fundos in sorte Hrycowska nuncupata inter

metas ab una Honesti Senko Czierzyta ab altera vero Honesti Pauli Hirha fratris sui Patruelis in bonis villis Hiekusyha Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens cum omni priorum Iure dominio proprietate haereditate tituloque venditorio cumque omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis emolumentis et obventionibus quibusvis attinentiis et pertinentiis generaliter universis nihil expressissis Iuris domini proprietatis haereditatis aut cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et econtra in nullo derogando verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit et prout eadem bona ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsamque concernebant ac eidem legitime serviebant idem exnunc et defacto Honesto Nicolao Chromenski dicto, olim Honesti Nicolai Chromenski filio eiusque posteris pro summa Centum Quinquaginta florenorum polonicalium iam per se Recognoscentem realiter levata et percepta de qua praesentibus quietatur vendidit inscripsit et resignavit prout vendit ac titulo puro mero perpetueque ac irrevocabilis venditionis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque singulis quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem vendita et resignata haec eadem Recognoscens praenominato Emptori suo eiusque posteris iam exnunc et defacto Coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et duos nobiles viros qualecunque voluerit officiose acceptandam per ipsum Emptorem suum eiusque

2128. 2

posteros haec eadem bona praesentibus vendita cum omni Iure dominio proprietate competentiaq et Prerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumq successorum quosuis beneplacitos ususfructus libere et effectualiter conuertendi perpetuo et diuternis temporibus debetq et tenebitur memorata Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusuis omnibus summisq quibusuis pecuniariys habitis et habendis suprascripto Emptori suo inscribit et obligat praesenti ipsum et eius successores in dictis bonis praemissisq omnibus per praesentes venditis et resignatis et rone eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex occasione suprascriptorum modo quouis exorienda per omnes praescriptiones terrestres prout ad quamlibet personam terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere nec non bona praefata praesenti vendita ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super iisdem bonis praesentibus per se recognoscentem venditis cuiuscunq personarum modo quouis factis et faciendis tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona praemissaq omnia praesentibus vendita et recognita importatis et importandis lucris denique per lucris processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesenti venditis et resignatis modo quouis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus venditorum dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare

et effectualiter admittere dataq et admissa eadem possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumq Emptorem suum ac ipsius successores in dictis bonis praesentibus resignatis tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari, ita Vt eadem bona praemissaq omnia cum Vniversis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus is idem Emptor suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Venditoriae Vigore tenere habere et possidere queat illisq Vti frui possit perpetuo et in aevum irrevocabiliterq Idque sub Vadio summae Centum Quinquaginta florenorum polonicalium per eandem Recognoscentem Vel eius posteros supra scripto Emptori suo aut illius posteris ob non complationem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citata existens memorata Recognoscens Honesta Helena Herzanska sive eius successores ad Instantiam praefati Honesti Nicolai Chromenski Emptoris sui Vel eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis

Terminos dilationon sibi non recipiendo nullasq motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia pdris simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sozanski Conti suae Advitalitatem Inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Remigianus Sozanski Tworonicz olim Nobilis Basily Sozanskio Tworonicz cum Nobili Anastasia Kobbanska Consorte eius legitima procreatus filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus

805 Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum nunc attinet, se cum Successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Annae Baraniecka olim Nobilis Ioannis Baraniecki cum olim Nobili Anna Kulczycka Consorte eius legitima procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae super omnibus generaliter bonis suis haereditarys obligatoriis mobilibq et immobilibus summisq quibusvis pecuniarys habitis et habendis nec non auro argento stanno cupro sive orichalco monilibus unionibus margaretis vestibus vestimentis pecoribus pecudibus equis equitea totaq suppellectili domestica in quacunq forma et materia existenti nunc habitis et in post habendis advitalitatem et Usumfructum ad extrema duntaxat vitae ipsi tempora inscripsit et concessit, prout inscribit et concedit praesentibus